

## Recita definitionem Dei.

<sup>1</sup>Definitio Dei arrosa a Vestphalo<sup>22</sup> extat in libello definitionum Philippi, Corpore doctrinae iuxta Lipsensem editionem in fol. pag. 863.<sup>23</sup>

Deus est essentia spiritualis, intelligens, aeterna, alia a creaturis omnibus, verax, bona, iusta, casta, misericors, benefica, liberrima, immensae sapientiae et potentiae, irascens peccatis, Pater aeternus, qui 5  
Filius imaginem suam ab aeterno genuit, et Filius imago Patris coaeterna et Spiritus sanctus procedens a Patre et Filio, sicut patefacta est diuinitas certo verbo et testimonijs diuinis, quod Pater aeternus cum Filio et Spiritu sancto condiderit et conseruet 10  
coelum et terram et omnes creaturas et adsit omnibus creaturis, quo ad conseruationem, et colligat sibi in genere humano ecclesiam propter Filium et per eum et sit iudex iustorum et iniustorum.

## Qui sunt modi, quibus agnoscitur Deus?

15

Duo sunt modi. Verbum et testi-[7:]monia <sup>m</sup>verbo addita.<sup>m</sup> Verbi Dei partes sunt principales lex et euangelium. Testimonia vero sunt omnia opera Dei, quae ad confirmandum verbum suum Deus omnibus temporibus in genere humano edidit.

<sup>1-1</sup> Marginalie nur in F, G.

<sup>m-m</sup> nicht in E.

<sup>22</sup> Eine Stellungnahme Joachim Westphals zum „Wittenberger Katechismus“ ist im Druck nicht erhalten. Möglicherweise beziehen sich die Wittenberger auf ein handschriftliches Gutachten des Theologen.

<sup>23</sup> Vgl. Philipp Melanchthon, Definitiones multarum appellationum, quarum in Ecclesia usus est (1552/3), in: CR 21, 1075 (MWA 2/2, 781,1–782,4); Philipp Melanchthon, Examen ordinandorum (1559), in: CR 23, 2. Die Seitenzählung richtet sich nach der zeitgenössischen Ausgabe CORPVS Doctrinae Christianae, QVAE EST SVMMA ORTHODOXI ET CATHOLICI DOGMATIS [...], Leipzig 1561 (VD 16 M 2884), 863. Im Folgenden zitiert als „Corpus doctrinae“.